3797

Epiſtola Euſebij abbatis de morte beatiſſimi Jeronimi doctoris eximij et teſtamento eius

Patri reuerendiſſimo Damaſo por-
tuenſi epo et xpianiſſimo Theo
donio romanorum ſenatori Euſe
bius olim Jeronimi ſanctiſſimi diſci
pulus nunc vero eodem orbatus luge
pru dolorem et ſuauiſſimum gaudium
Multifariam multiſque modis olim deus
locutus e omnibus nobis per ſuum dilectiſſimum
filium ſanctum Jeronimum de ſcripturis ſanctis in
virtutibus et prodigijs multis que per illum fecit
ipſe deus in medio noſtri ſicut vos ſcitis De quo
et nos teſtes ſumus quem vidimus et oculis
noſtris eius ſanctitatem perſpeximus et manus noſtre contrec
tauerunt de verbo eius ſcientie et doctrine quibus vita mani
feſtata eſt Quod vidimus et audiuimus annunciamus
nobis Erantque tamquam oues errantes erroribus et
ſuperſticioſis fabulis non audientes ſanam doctrinam
ſed coaceruantes nobis pſeudoprophetas qui ſurgentes in populo
magiſtri mendaces introducebant ſectas varias perdi
cionis donec ille illucеſceret dies qui tamquam ſol refulgens
quinquaginta annis et ſex menſibus multis laboribus et
erumpnis in lectionibus et vigilijs ut nobis frangeret
panem doctrine deſudans tenebras errorum perfugans
et cunctos a perdicione liberans effulſit in templo dei
incipienſque ab oriente uſque ad occidentem aufferens
bella hereticorum eorum arcum conterens arma et ſcuta
ſua combuſſit [?] igni quem in ipſo deus poſuit prodigia fe
cerat ut non ſum noſtri [?] fiat in nacionibus Deinde per
tranſiens uſque ad fines terre ſanando oppreſſos ab he
reticorum iaculis illuminando mentes hominum ſcripturarum
enigmata reſerando ſoluendo nodos obſcura di
lucidando dubia exponendo confutando et corri
gendo falſitates et veriſſima ex linguis quam pluri
mis adunando ut nobis notas faceret vias vite
et nos adimpleret gaudio leticia et exultacione